

Appendix. — Europa Nro. 19.

Regnum Mortuorum.

Litterae Familiares inter Vivos et Mortuos.

Henricus Kestner.

Ex Regno mortuorum ad certum Jurisconsultum.

In Elisio 19. Febr. 1808.

Quod ego qua Docens observaveram, quotidie magis verificatur. — Sentientiae nempe non proficiunt, sed potius deficiunt. Quotidie habeo sermonem ad tugurium Charontis cum advenis de mundo; et quid illi narram? Quid novi de re nostra litteraria adferunt? meros aestheticos, et in regionibus visionum oberrantes spiritus, et pastomata, quorum parum interest, qui *Justinianus* prospiciat.

Indubie legeris amice mea scripta! Quotidie ego in culcavi de Cathedra necessitatem eruditionis. Sed quid profuit? Jam illa aetate verum erat illud de Jurisprudencia. — *Ex codice, scitis modice.* Hoc equidem ego bene observavi, et quidem ex *Digestis*. Proh! nihil estis. Studet quis uno, alterove anno; et fit *Doctor*, et vos estis *Doctores*? — *Otempora, o mores!*

Dum ex advenis sciscitor, quid novi in mundo erudito? Quae opera erudita prodiverunt? Citant Authores germanicos (qui latine nominari non possunt, debet enim Author vero nomine compellari) *Feuerbrände*; *Löscheimer*, *Wien und Berlin in Parallele*; aliquas item Comedias, et fantasmata. (Roman) Ad haec nomina inter aestheticas convulsiones exclamant: heu quam gratum, quam pulchrum, quam aestheticum, et quid tandem? *Kikri Kokri*, *Lirum larum*; *Hocus pocus*: Paucas septimanas haec durat celebritas, ac tandem aeterna oblivio. Omnia sunt superlunaria. omnia aesthetica, praesertim assa vitulina, si esuriens venter eruditus, praesertim Poetae, illam conspiciat; hoc est reipsa ens aestheticum. Ita nuper Poeta quidam in tali sensu esurienti de assa vitulina *odam* fecit. Bone Deus! quid tandem fiet ex juventute, si talibus optimos annos consumat, et tales futilitates discat?

Juventus, ignara periculi, quod eam cingit, perdit sine cura existentiam suam, donec ipsa aetas eam ad statum in societate civili deducat, ubi sollicitudo, curae, ca-

lucritates in uno cumulo eam expectant, et exultat, si tales scurilitates videat; ast cum celeritate ruit aetas in mare calamitatum. Nunc primum videt stultitias, quibus optimos annos pessumperdidit, et quid didicit? — Tonum aestheticum pro cultioribus societatibus. Sed ubi mansit culina? haec adeo necessaria officina, quae tantum meritis (saepius etiam fallacia) in activitatem poni potest? Quid est cum negotiis, quae tantum cognitione rerum promoveri possunt? — Non audeo, chare amice! sequelas horum pensare.

Ast heri advena quidam me contrarium docuit; et statum scientiae juris nunc longe alium esse probavit. Per constitutionem gallicam duae Institutiones juridicae enatae sunt super Continente, Judicia nempe *Pacis*, et *Juratorum*. Per hoc cessavit Opificium Rabulistarum, quod hactenus in constitutione Europae serpens vaenenum fuerat, et statum publicum, salubresque Institutiones ejus in phantomata detorsit. Sicut in statu naturali exitus Actus cujuspiam a majoribus, aut minoribus viribus unius, aut alterius dependet; ita apud nos omnia a factionibus Advocatorum dependent, qui omnia alia curae habent, praeter legem, et justitiam. Jurisperiti sunt in quavis civitate necessarii, et usus Advocatus, qui officio conscientiose defungitur, est vir omni aestimio dignus. Ubi omnia publice deciduntur; ubi lex in plerisque casibus determinate, et clare loquitur; ibi factiones, technae, detorsio legis, et collusiones Advocatorum non proficiunt. Codex gallicus nunc in Germania docetur; qui Advocatos priori restituit dignitati, qui loco Rabulistarum Jurisconsultos facit. — An hi non sunt salubres progressus in scientia juris?

Fateor ingenuae, Advena hic longe aliam mihi ingeneravit Ideam; et eram ettonitus. In praesentia, dissoluto jam nunc Germanico Imperio, haec forma judiciorum, quae principio fuit anglica, est optima. *Tempora mutantur, et nos mutamur in illis*. Hic idem Advena narravit progressum Chemicorum (Hic narrat experimentum Professoris Anglici *Davy*. Relege in Europa sub Nro. 12.) Deinde descripsit aliud inventum Americani *Foulton* (quod pariter legas in Europa Nro. 17.) Froh pudor! confusus, retracto assertum; scientiae magnos faciunt progressus; me abripuit amor, et laus meae aetatis, sed muto sententiam, nam praecedentia competit praesenti saeculo, et ideo persevero cum omni, quam congerere possum, veneratione pro novo hocce rerum ordine — Addictissimus servus.

Biographia.

Kestner. (Henricus Ernestus) erat Doctor Juris Germanici, natus in *Detmold* 23. Januarii 1671. Studuit Bero-

lini, et familia-
ris Just-
pro Pro-
phium
idem p-
putatus
landiam
tias con-
Landgr-
teliae 7
r. s. sel-
cae; Ju-

Ve-
habitatio-
parent,
maris b-
in mare
exponer-
procur-
tem om-
ab ingr-
debebu-
version-
directe
ciet; h-
Baltici

Sic-
gram,
tra ver-
piratica
stant, u-
gliam a-
possint

Et
tia qua-
observa-
regimin-
inter ac-
ejus pro-
lucem
quam b-
at de e-

ini, et Francofurti ad Oderam; Anno 1695 per seniores familiarum Wippermann, at Heistermann in locum Doctoris Just Friderici Wippermann vigore Testamenti Rinteliae pro Professore Juris propositus, et A. 1706. per Landgraphium Hassocasseliensem confirmatus est. Eodem anno erat idem per Universitatem Rintelensem pro Jubilaeo qua Deputatus Francofurtum ablegatus, A. 1707 instituto in Hollandiam itinere, cum omnibus Litteratis ejus aetatis notitias contraxit, A. 1719. accepit vocationem Chilonium, sed Landgraphius eum retinuit, aucto salario. Obiit caelebs Rinteliae 7. Julii 1723. Opera ejus praecipua sunt. *Deliberata Juris selectiora; de principio Jurisprudentiae romano-germanicae; Jus Naturae et gentium; ac plura alia.*

Diarium Politicum.

Ver adpropinquat, Angli non faciunt pacem, ergo habitatores littoralium regionum se pro visita hostium praeparant, oportet. Maxime omnium invigilandum littoribus maris baltici, si enim Angli, superato freto Oresundico, in mare balticum penetrent, etiam portus russici maximo exponentur periculo, cum propter structuram omnes in mare procurrant. Russi proinde propter suam propriam securitatem omnes vires suas navales contrahere debent, ut Anglos ab ingressu maris Baltici repellant; sed ad hunc scopum debebunt etiam littoralia Sveciae cooperari, ideo mox conversionem Sveciae in Politica audiemus, et etiamsi non directe cum Gallia, certe cum Russia rem communem faciet; hinc sequetur oclusio freti Oresundici, et utriusque Baltici per Anglos.

Sicut mare Balticum, ita ocludetur etiam mare nigrum, et mare Marmora, seu Propontis per Anglos. Contra vero Dania, Gallia, Italia, Hispania mittent Legiones piraticarum navium, quae commercium aeglicanum infestant, unicum armorum genus, quod Continens contra Angliam adhibere potest; an per hoc Anglos ad pacem cogere possint? est altera quaestio.

Et Gibraltar, haec Anglorum Troja? — Haec est tertia quaestio. Inter has quaestiones, quae Londino veniunt, observatur etiam alia relatio: Quod celebris *Fox* Historiam regiminis familiae *Stuart* scripserit, et manuscriptum hoc inter acta ipsius repertum sit, quod per executores testamenti ejus pro 4500 libris Sterling venditum est. Opus hoc mox lucem videbit; et hoc plus occupat curiositatem Anglorum, quam bellum navale, cui jam ab annis 15. adeo asveti sunt, ut de eo nec sermonem habeant.

lamitates in uno cumulo eam expectant, et exultat, si tales scurilitates videat; ast cum celeritate ruit aetas in mare calamitatum. Nunc primum videt stultitias, quibus optimos annos pessumperdidit, et quid didicit? — Tonum aestheticum pro cultioribus societatibus. Sed ubi mansit culina? haec adeo necessaria officina, quae tantum meritis (saepius etiam fallacia) in activitatem poni potest? Quid est cum negotiis, quae tantum cognitione rerum promoveri possunt? — Non audeo, chare amice! sequelas horum pensare.

Ast heri advena quidam me contrarium docuit; et statum scientiae juris nunc longe alium esse probavit. Per constitutionem gallicam duae Institutiones juridicae enatae sunt super Continente, *Judicia nempe Pacis, et Juratorum*. Per hoc cessavit Opificium Rabulistarum, quod hactenus in constitutione Europae serpens vaenenum fuerat, et statum publicum, salutareque Institutiones ejus in phantomata detorsit. Sicut in statu naturali exitus Actus cujuspiam a majoribus, aut minoribus viribus unius, aut alterius dependet; ita apud nos omnia a factionibus Advocatorum dependet, qui omnia alia curae habent, praeter legem, et justitiam. Jurisperiti sunt in quavis civitate necessarii, et unus Advocatus, qui officio conscientiose defungitur, est vir omni aestimio dignus. Ubi omnia publice deciduntur; ubi lex in plerisque casibus determinate, et clare loquitur; ibi factiones, technae, detorsio legis, et collusiones Advocatorum non proficiunt. Codex gallicus nunc in Germania docetur; qui Advocatos priori restituit dignitati, qui loco Rabulistarum Jurisconsultos facit. — An hi non sunt salutares progressus in scientia Juris?

Fateor ingenuae, Advena hic longe aliam mihi ingenerravit Ideam; et eram ettonitus. In pfecto, dissoluto jam nunc Germanico Imperio, haec forma judiciorum, quae principio fuit anglica, est optima. *Tempora mutantur, et nos mutantur in illis*. Hic idem Advena narravit progressum Chemicorum (Hic narrat experientum Professoris Anglici *Davy*. Relege in Europa sub Nro. 12.) Deinde descripsit aliud inventum Americani *Foulton* (quod pariter legas in Europa Nro. 17.) Froh pudor! confusus, retracto assertum; scientiae magnos faciunt progressus; me abripuit amor, et laus meae aetatis, sed muto sententiam, nam praecedentia competit praesenti saeculo, et ideo persevero cum omni, quam congerere possum, veneratione pro novo hocce rerum ordine — Addictissimus servus.

Biographia.

Kestner. (Henricus Ernestus) erat Doctor Juris Germanici, natus in *Detmold* 23. Januarii 1671. Studuit Bero-

hini, et Francofurti ad Oderam; Anno 1695 per seniores familiarum Wippermann, at Heistermaan in locum Doctoris Just Friderici Wippermann vigore Testamenti Rinteliae pro Professore Juris propositus, et A. 1706. per Landgraphium Hassocasseliensem confirmatus est. Eodem anno erat idem per Universitatem Rinteliensem pro Jubilaeo qua Deputatus Francofurtum ablegatus, A. 1707 instituto in Hollandiam itinere, cum omnibus Litteratis ejus aetatis notitias contraxit, A. 1719. accepit vocationem Chilonium, sed Landgraphius eum retinuit, aucto salario. Obiit caelebs Rinteliae 7. Julii 1723. Opera ejus praecipua sunt. *Deliberata Juris selectiora*; *de principio Jurisprudentiae romano-germanicae*; *Jus Naturae et gentium*; ac plura alia.

Diarium Politicum.

Ver adpropinquat, Angli non faciunt pacem, ergo habitatores littoralium regionum se pro visita hostium praeparant, oportet. Maxime omnium invigilandum litoribus maris baltici, si enim Angli, superato freto Oresundico, in mare balticum penetrent, etiam portus russici maximo exponentur periculo, cum propter structuram omnes in mare procurrant. Russi proinde propter suam propriam securitatem omnes vires suas navales contrahere debent, ut Anglos ab ingressu maris Baltici repellant; sed ad hunc scopum debent etiam littoralia Sveciae cooperari, ideo mox conversionem Sveciae in Politica audiemus, et etiamsi non directe cum Gallia, certe cum Russia rem communem faciet; hinc sequetur oclusio freti Oresundici, et utriusque Baltici per Anglos.

Sicut mare Balticum, ita ocludetur etiam mare nigrum, et mare Marmora, seu Propontis per Anglos. Contra vero Dania, Gallia, Italia, Hispania mittent Legiones piraticarum navium, quae commercium anglicanum instant, unicum armorum genus, quod Continens contra Angliam adhibere potest; an per hoc Anglos ad pacem cogere possint? est altera quaestio.

Et Gibraltar, haec Anglorum Troja? — Haec est tertia quaestio. Inter has quaestiones, quae Londino veniunt, observatur etiam alia relatio: Quod celebris *Fox* Historiam regiminis familiae *Stuart* scripserit, et manuscriptum hoc inter acta ipsius repertum sit, quod per executores testamenti ejus pro 4500 libris Sterling venditum est. Opus hoc mox lucem videbit; et hoc plus occupat curiositatem Anglorum, quam bellum navale, cui jam ab annis 15. adeo averti sunt, ut de eo nec sermonem habeant.

Germania.

Casselliae adeo severe interdicta est mercium anglicanarum Invectio, ut nuper talium magna quantitas depræhensa. publice cremata fuerit. — Regina Borussiae feliciter Principissam enixa est. — Marschallus Victor Berolino in Portugalliam evocatus est; reliqui Militiae Ductores aestiva circa Berolinum conducunt hospitia, quod longioris eorum mansionis argumentum est, haec Berolinenses torvis intuentur oculis.

Dantisci exortum est 2. Februarii incendium, cui simile annales urbis non meminerunt. Auxit malum furens turbo, qui favillas in omnes urbis jactavit regiones, ut ubi succurrere oporteat, nec ratio, nec consilium fuerit, multi homines aut flammis vel ruinis vitam amiserunt, aut secus graviter laesi sunt. In urbe concidit turris Ecclesiae S. Spiritus, in suburbio *Veteri* seu *Alistadt* autem Ecclesia S. *Catharinae*. — Denique verum est: *nulla Calamitas sola*; ad belli miseriae etiam hoc fatale malum hiemis tempore!

Austria.

Linea militaris Neutralitatis, quae ad confinia Poloniae fuerat, sublata est, legionibus in stativa sua remissis; ergo nullus hac in parte belli metus, pax et amicitia cum omnibus. Sed non ita etiam ad confinia Ottomannica; Russi et Turcae stant adhuc contra se invicem in armis, licet in armistitio; hinc pro securitate in confiniis turcicis formatur linea militaris, aequè neutralis, quemadmodum illa fuit ad Poloniam; et sicut illi, ita huic praesertit Generalis *Bellegarde*; et exercitus, qui eam formabit, constabit 70000 armatorum; interim haud vana est spes, rem Ottomaaniae intermeditatione Galliae placatum iri.

Miscellae.

Londinenses frangunt capita circa destinationem classis Rupefortensis, Praetores *Duckvorth*, et *Strachan* eam quidem mox secuti, sed in regiones contrarias. Quid dicent, dum audient, quod classis haec, quam Angli in India, et America quaerunt, Siciliam occupaverit, et classem anglicam in Archipelago sub Praetore *Callingwood* everterit; Generaliter in meridie et occidente, idest in Hispania, Portugallia, Italia, Sicilia, et Archipelago magna parantur, ubi, quemadmodum anni tempestas primum aperitur, ita belli quoque operationes incipiunt. Meridiem secundabit Septemtrio, ubi motus copiarum gallicarum jam nunc observamus; cum his nexa sunt etiam ea, quae in Russia, Svecia, et Dania, — forte etiam quae Constantinopoli fiunt; imo plane insoliti consessus Senatus Conservatorii Parisiis, quae omnia magnos eventus prognosticant, et sic folium sibillinum, quod in fronte Europae Anni 1808. stat, sensim jam; evolvi incipit.